

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Antidotorvm Evangelicorvm D. Thomæ Stapletoni, S. Theol. Doctoris, & in
Academica Louaniensi S. Script. Professoris Regij, Pars Altera - In
Sacrosanctum Euangeliū secundūm Ioannem

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

51. Panis que[m] ego dabo, caro mea est (qua[m] ego dabo) p[ro] mu[n]di
vita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39480

apertissimè sic homines à Patre trahi ad Christum , vt liberè
hunc tractum sequantur vel non sequantur. Vtrumque hoc
verum est (ait Augustinus) Deus Pater attrahit ad filium ho- Cont. lib.
lib. 2. c. 84.
mines , & dimittit homines , ut quis quid voluerit eligat. Rur- De præd.
sum alibi. Trahi à Patre ad Christum, nihil aliud est , quām do-
num accipere à Patre quo credit in Christum. Et de hoc dono cap. 8.

alibi dicit. Credere in Christum , & operari iuxta fidem Chri- Ibidem
stii; utrumque nostrum est propter arbitriū voluntatis; & utrum-
que datum est à Pare propter spiritum fidei & charitatis. Sic

rursum de dono castitatis: & explicans illa Christi verba, Non De gratia
Christi
cap. 4.
omnes capiunt hoc verbum , sed quibus datum est , ita scribit. & lib. arb.
Vt hoc verbum quod non ab omnibus accipitur , ab aliquibus cap. 4.
capiatur , & Dei donum est , & liberum arbitrium. Porro de fa-
cto non omnes qui trahuntur à Pare ad Christum venire , his
verbis docuit Augustinus. Quis non videat & venire quemque De gratia
Christi
cap. 4.
ad Christum & non venire arbitrio voluntatis ? Sed hoc arbit-
riū potest esse solum si non venit , non autem potest nisi adiu-
tum esse si venit. Observa quod dixit , potest esse solum si non ve-
nit , quia aliquando etiam quando non venit , non est solum ,
sed gratia Dei adiutum , quam proteruē abiicit. Vnde alibi
Augustinus postquam dixisset , visorum suasionibas siue ex- De Spiritu
trinsecus , siue intrinsecus , Deum agere cum anima rationali ut & lit.
credat , atque hoc modo ipsum velle credere in hominibus opera- cap. 33.
ri; propter hominum proteruam , qui operanti in illis Deo
cooperati interdum nolunt , adiunxit statim : Consentire autem
suasioni aut vocacioni Dei , vel ab ea dissentire , propria volun-
tatis est. Quæ omnia contra Caluini hoc loco corruptelas di-
ligenter notanda sunt.

SI. Panis quem ego dabo , caro mea est (quam ego da-
bo) pro mundi vita.

Explcat nunc Christus disertis verbis de quo pane & ci-
bo hactenus locutus fuerit. In principio sermonis dixe-
rat. Operamini cibum quem filius hominis dabit vobis. Postea Ver. 27.
adicet. Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis ve- 32.
rus est qui de cœlo descendit , & dat vitam mundo. Denique , 33.
Ego sum panis vita. Quibus omnibus verbis docuit se ho-
minem factum in cibum fore , tam ex Patris sui dono , qui
misit eum in mundum , quam ex suo proprio dono. Et quia
ad hanc rem intelligendam fide opus erat , multa de fide &
de dono fidei interseruit. Moxque ad principale argumentum

48. rediens, iterum dicit, *Ego sum panis vita:* & statim de excellentia & effectu huius panis longè alio quām erat ipsius manna, vbi pauca dixisset, nunc discitè explicat: *Panis*, de quo haec tenus locutus sum, & quem me daturum promisi, & (quod nunc repero) quem ego dabo, suo videlicet tempore & loco, caro mea est, non mystica aliqua, sed vera, quam ego dabo pro mundi vita, ad mortem videlicet in cruce subeundam pro salute totius mundi. Hanc clausulā adiecit, tum ut veritatem carnis exprimeret; tu ut causam quandā speciale dandi huius panis insinuaret, nimirū in perpetuā mortis suā recordationem. Quam etiam ob causam quum de facto daret, adiecit: *Quod pro vobis datur: hoc facite in meā commemorationē.* His sensus omniū planè veterum Patrum tam Græcorū quam Latinorū calculo cōprobatur, & à plurimis hodie interpretibus asseritur: quorum omniū testimonia diligenter in vnu collecta Nicolaus Sanderus in tractatu super hoc cap. 6. Ioan.

Augustini sententia, loqui eius viuis loca annotabimus. In tract. seq. 26. manducationem spiritualem eam docet, qua cum fide & puritate Christi de P. me Euchristico.

Quia tamen S. Augustinum aliter sentire aliqui volunt, eo quod tract. 25. in Ioan. spiritualem manducationem doctrinam, loqui eius viuis loca annotabimus. In tract. seq. 26. manducationem spiritualem eam docet, qua cum fide & puritate Christi in altari sumitur. In eodem sermone sacramentalen manducationem tantum, ab illa quæ sacramentalis ac spiritualis est, aperitè distinguit. Denique tractatu 27. sermonem Christi concludens, ad sacramentalē manducationē dignè faciendam hortatur. Aliis quoque variis in locis de Sacramento corporis sui Christum hīc disputare docet: Serm. 11 & 46 de verb Domini, de Ciuit. Dei lib. 17. capite 5. & 21. cap. 25. de consensu Euang. lib. 3. cap. 1. de pecc. mer. & remiss. libr. 1. cap. 10. in quæstion. super Leuiticum capite 57. Epistola 95. contra Cresconium libro primo, capite 24 & 25. In Psalmum 33 concione 1. Adeò nullus veterum aut frequentius aut expressius Christum de Sacramento in hoc cap. loqui docuit. Ad Patrum vnaminem consensum accedunt variis Concilia, quorum testimonia in dicto tractatu Nicolai Sanderi proferuntur. Sanè Conc. Tridentinum verba huius capituli ad Sacramētū applicat sess. 13. cap. 2. & contra Hussitas quum negare commodum esset, non negat, sess. 21. cap. 1.

Aliter sentientium sententia refellitur.

Qui Christum in his verbis de Sacramento loqui negant, eisdem argumentis vtuntur quibus Calvinus vitetur: que suo loco soluimus. Hoc in loco aiunt probabile non esse Christum hīc de Sacramento loqui, quum in proximè precedentibus verbis de le pane ut Deo ac homine per fidem

manducando loquutus fuerit, ideoque hunc esse verborum sensum; ut qui haec tenus fidem docuerit in se Deum ac hominem factum, nunc fidem doceat in se hominem crucifixum. Hac est enim fides (ait hoc loco Cornelius Iansenius) quae manducamus panem vitae, ut credamus Christum esse verum Deum, & se hominem tradidisse pro nobis carnem suam & sanguinem. Sed tum argumentum hoc valde leue est, tum sensus à verborum proprietate alienissimus. Argumentum ex duplice causa leue est, tum quia in praecedentibus de se pane per fidem manducando loquutum esse necessarium non est, sed ad mandationem panis, de qua dicturus erat, fidem esse imprimis necessarium, & fidei defectum in Iudeis causam esse cur hanc doctrinam non caperent, haec tenus eum docuisse, magis probabile est; tum quia etsi daremus de sola spirituali mandatione per fidem, & de se pane ut Deo ac homine, in quem credere oportet, haec tenus loquutum fuisset, nullo tamen modo sequitur propterea in his verbis de eodem pane Christum loqui. Hic enim multo aliter quam prius loquitur, multo disertius & expressius, ut mox in argumentis nostris apparebit. Quare Chrysostomus, Euthymius, aliquique Patres, licet praecedentia verba de fide in Christum Deum ac hominem, & de mandatione spirituali exposuerint; ad haec tamen verba affiniant de Sacramento Christum loqui. Sensum, qui affingitur, alienissimum esse, argumenta quae statim subiiciemus, luculenter docebunt.

Sanè Caluinus cum sensum audie complectitur, negans ^{Caluini} prorsus de Sacramento in toto hoc capite Christum loqui. ^{sensu, eius} Et ex hoc sensu multa absurdia inferri; in verbo manducandi que absurdum ad fidem nos hortari Christum, quasi unicum medium poriendi dicitur. hoc pane vita: Christi carnem canalem esse qua vitam ad nos diffundat: vitam hanc nihil aliud esse quam Christi iustitiam nobis imputaram, quando carnem Christi pro nobis crucifixam fide apprehendimus. Ideoque in his verbis, Panis quem ego dabo, &c. duplē notat donationem: vnam qua Christus nobis se quo idie offert: alteram qua in Cruce se semel pro hominum vita exposuit: ad cuius mortis percipienda fructum in his verbis nos inuitat. Hæc Caluinus ex alio illo sensu à verbis Christi alienissimo deducit; & non solum veritatem carnis Christi in Sacramento destuit, sed præterea vnicam spirituali mandationem, totamque imputatiuam suam iustitiam, inde construit. Adeò refert à vero & literali sensu vel latum vnguem non discedere.

Nunc

De Sacra-meto Chri-stum loqui pr-batur. Nunc igitur hunc sensum aliquot argumentis confirmabimus. Primum duplēm h̄ic donationem Christus ponit:

I. Argum. alteram nobis, *Panis quem ego dabo*, de quo prius dixerat,

2. Argum. *quem filius hominis daturus est vobis*; alteram pro nobis, *Caro mea est pro mundi vita*. H̄ec posterior est corporalis, ergo & prior. Ideo enim posterior adiecta est ut priorem exponeret;

3. Argum. & ut de qua carne loqueretur, nos doceret. Deinde h̄ec donatio panis futura dicitur, *quem ego dabo*, sicut donatio carnis

pro mundi vita futura tunc erat; vnde in Græco repetitur, *quam ego dabo*. Sed non nisi corporaliter vtrumque tunc fu-

turum erat, quia ad spiritualem donationem quod attinet si de capiendam, ab initio mundi vtraque facta erat. Nam om-

nes iusti ab initio mundi in Christum futurum & redemp-

tionem persanguinem eius futuram crediderunt; quo sensu

Apocal. 5. dicitur, *Agnus occisus ab origine mundi*. Quare Calvinus, &

qui de spirituali per fidem mandatione h̄ec verba expo-

nunt, verbum Christi, *dabo*, prorsus evacuant, falsique ar-

guunt. Tertiò, dare Christum per fidem manducandum seu

hominem factum seu crucifixum, donum est commune toti

Trinitati, quia spirituale donum est. Sed Christus h̄ic loqui-

tur de dono sibi proprio ut filio hominis, & secundum hu-

manam naturam. Quare sicut caro quam dedit pro mundi

vita, erat propriū donum filij hominis, quo dedit semelipsum

pro nobis, &c. sic panis quem h̄ic se daturum promisit, est

proprium donum Christi ut filius hominis erat; in utroque

dono perficiens opus quod dedit illi Pater, sicut supra dixit

cap. 4. vers. 34. ut ibi exposuimus. Vtrumque igitur corporale

est, & officio corporis accipendum: quod tres Euangeli

diligerent notarunt; Et dedit discipulis suis dicens: *Hoc est*

4. Argum. *corpus meum*. Quartò, hunc cibum præfert manna; ergo in

veritate cibi & manducationis corporalis vtraque conve-

nient. Non enim constituitur differentia nisi inter ea quae

aliquo modo conueniunt. Nullo autem prorsus alio modo

conueniunt manna & caro Christi in Sacramento, nisi in so-

5. Argum. la manducatione corporali utrique communi. Quintò, hanc

cibum promittit Christus daturum credentibus in se, nec nisi

prius credentibus; quam ob causam de fide prius disputant

ram multa. Prius igitur est credere in Christum, & postea

6. Argum. hunc cibum accipere: ergo aliud credere, aliud accipere. Ser-

to, fides non in carnem, sed in totum Christum est. Divini-

tas & tota Christi humanitas fidei obiectum est, fideque per-

cipitur. Nulla igitur causa esset, cur hunc cibum carnem

suam

suam vocaret, & quidem toties vocarer, nisi de carnis proprietate & proprio mandationis officio loqueretur. Alia argumenta ex sequentibus adhuc sententiis accumulabuntur.

53. *Nisi manduaueritis carnem filij hominis, &
biberitis sanguinem, non habebitis
vitam in vobis.*

Propter hæc verba, quæ communionem sub utraque specie omnino necessariam tradere videbantur, quidam Catholicæ interpretes de spirituali tantum mandatione Christum toto hoc capite disputare, non de sacramentali, vel de ipso omnino Sacramento, iudicauerunt; ut imprimis Caecilius: alij non principaliter & propriè, ut in articulis Ruardus Tappetus, Ioan. Heselius in libro de veritate Eucharistæ, & post istos Cornelius Iansenius. Sed hi magni & docti viri, ut scribit de illis Claudio de Sanctæ in opere Eucharist. Repe-
tit. 6. cap. . trepidauerunt timore ubi non erat timor. Sanè D Thomas tametsi suo tempore laicos sub una specie toto orbe communicare videret, tamen in commentariis in hunc locum indubitanter asserit, de Sacramento Christum in his verbis loqui. Idem fecerunt innumerí Patres, tametsi eorum temporibus sub una specie laici communicarent. Idem & alij hodie contra haereticos decertantes, ut imprimis Martyr Roffensis lib. 5. contra Oecolampodium, qui vit sanctus non dubitat eum à Deo desertum habere, qui pertinaciter negaret Christum in hoc capite de Sacramento carnis suæ loqui. Hoc iudicium sequuti sunt alij : Gul. Alanus Card. de Eucharist. lib. 1. cap. 31. Petrus Michaël de Eucharistia cap. 5. Claudio de Sanctæ loco citato, Claudio Guillandis, Ioan. Gagneius, Titelmannus, & doctissimus interpres Franciscus Toletus. Sed & huius scholæ Magistri Ioan. Driedo de Script. Eccles. lib. 4. cap. 5. & Franc. Sonnius in succincta demonstratione er-
rotum Confess. Caluinisticae. Denique Conc. Trident. sess. 21. cap. 1. quum negat in his verbis utriusque speciei communio- Verborum nem à Domino præceptam esse, non ideo negat, quia hic de sacramento Christi non loquitur, sed per alia Christi verba in hoc eodem capite hæc verba exponit. Sensus ergo Christi est, non utriusque speciei sacramentalis necessitatem do- sensu ex- cere (species enim non nominat) sed perfectam & plenam plicatur. carnis & sanguinis sui sumptionem esse necessariam, sive illa sub